ac re principali ab eodem officio non recedendo satisfactione. omnibus Controversijs allegationibus evasionibus, dillationibus quibusvis vera vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alijsque in diminutionem Cautionis iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure et consuetudine Concedi solitis se et suos successores abscribendo et abrenunciando sub amissione suae summae, successorum totius et integrae Causae.

BUCZYNSKICH coniugum Advitalitas mutua.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparentes Nobiles Simon olim Seraphini Buczynski ab una et Nobilis Dorothea Tornowska invicem Coniuges ab altera partibus sani mente et Corpore existentes palam publice et libere recognoverunt et quilibet illorum pro suo interesse recognovit Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam advitalitatem et usum fructum omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum paternorum maternorum in haereditate Buczyno consistentium remoto quovis acquisitorum titulo concernentium nunc habitorum et in posterum favente divina Clementia habendorum et acquirendorum in hunc modum fecerunt inprimis si ipsum Simonem prius non Contingerit quam Coniugem ipsius Extunc Coniux eius bona omnia mobilia et immobilia in areis hortis agris pratis Campis, sylvis borris rubetis cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit et possidebit illisque utifruetur post mortem vero suam bona eadem omnia super successores mariti ipsius sine ulla Contradictione devolvi debent et devolventur. Similiter etiam si ipsam Dorotheam Coniugem suam Celerius de hac luce decedere contigerit tunc praenominatus Buczynski maritus bona praefata omnia mobilia et immobilia Cum omnibus utilitatibus attinentijs et pertinentijs ad ultima suae vitae sua tempora tenebit habebit illisque utifruetur post mortem vero suam bona supraexpressa omnia et singula in successores legitimos suos absque ulla Contradictione successorum suorum cum pleno iure devolvi debent et devolventur. Hac sua personali recognitione ad id accedente.

Actum in Curia Regia Bransciensi Feria Quinta ipso Festo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo

Zebrowski Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Joannes olim Pauli Szymbor de Szymbory Nobili... sanus mente et Corpore existens palam publice et libere recognovit Quia sibi nobilis Stanislaus olim Gregorij Zebrowski ex obligatione bonorum in haereditate Jablonia Zebrowizna sitorum sibi per eum inscriptam undecem sexagenas polon. persolvit ideo ipsum quietat ... et liberum facit inscriptionem eiusmodi Cassat annihilat et de bonis descendit.

Zupienski Superreceptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Nicolaus olim Matthiae Roszkowskij sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia ipse apud Nobilem Joannem filium Thomae Zupienski ad priorem obligationem bonorum in haereditate Zupianka antiqua sitorum per se eidem inscriptorum octo sexagenas polon. inscriptis nunc denuo tres sexagenas polon. superrecepit et priori summae adiunxit in quaquidem summa simul iuncta undecem sexagenarum polon. bona eadem usque ad exemptionem modo obligatorio tenebit, tenereque praesentibus ... ex nunc realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio iure acceptandam dat et admittit Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam occasione inscriptionis ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per omne tempus tenutae suae Cavet. vadio simili Et Coram officio praesenti in primo termino post exemptionem responsionis Cassationem nulla re exquisita praemissa evadere volendo.